




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-612498-p0001-3

DFG



12597

43

C. D.  
**DISPUTATIO**  
ULTIMA,  
AD TITULUM  
DE  
**VERBORUM**  
ET RERUM SIGNI-  
FICATIONE,

QUAM  
DEO JUVANTE

CONSENSU

AMPLISSIMÆ FACULTATIS

JURIDICÆ,

*In inclyta Boruss. Academ.*

DISQUISITIONI SUBMITTUNT

PRÆSES

THEODORUS WOLDERUS, U. J. D.

PROFESSOR PUBL. PRIMARIUS ET SAMBIEN-  
SIS CONSISTORII ASSESSOR.

ET

RESPONDENS

JOHANNES BORNSIUS,  
COLBIZIO-MAGDEBURGICUS.

die Julii Anni 1666.

H. Lq. C.

---

REGIOMONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, Elect. Brand. & Acad. Typogr.



VIRIS

*Amplissimis, Consultissimis, pariter ac Prudentissimis*

**DOMINO GEORGIO DÖPNERO,**

Sereniss. Elector. Brandenb. Substituto Fisci, Judicijq; quod in  
Borussia est Aulici, Advocato ordinario.

**DOMINO CHRISTOPHORO MEJERO,**

Sereniss. Elector. Brandenb. ejusdem Judicij Aulici  
Advocato ordinario.

**DOMINO JOHANNI BREDELO,**

Inclitæ Civitatis Regiomont. Palæopolitanæ Secretario optime  
merito & Advocato Judicij Aulici Dignissimo.

**DOMINO FRIDERICO RAKAU,**

Scabinatus Regiomont. Cniphofiani Adtessori  
solertissimo,

Ut &

*Specatissimis integerrimis Literarumq; Promotoribus promptissimis*  
**DOMINO GEORGIO TETZELIO,**

Civi ac Mercatori apud Palæopolitanos primario.

**DOMINO CHRISTOPHORO MARAUN,**

Civi apud Löbenicenses eximio.

Dominis Patronis Fautoribus, Benefactoribus

& studiorum suorum Promotoribus hanc disputationem Aca-  
demicam in ulteriorem benevolentiam, eâ, quâ debet, reveren-  
tiâ & cultu:

D. D. D.

Officioseq; offerit

Johann. Bornsius,  
Respond.

## LEX CCVI.

Vinaria vasa, propriè vasa torcularia esse placet, dolia autem, & serias, tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent cum sine vino esse ceperint, desinere in eo numero esse, quoniam ad alium usum transferri possunt, veluti si frumentum in his addatur, Eandem causam amphorarum esse, ut cum vinum habeant, tunc in vasis vinariis, cum inanes sunt, tunc extra numerum viniorum sint, quia aliud in his claudi possit.

Docet hic JCtus quidnam sint vasa vinaria, & hoc nomen iis tamdiu competere arbitratur, quamdiu vinum in se continent, vel si nulli usui quam recipiendo vino sint, vel utilitatem afferre possint, vel etiam destinata Vid. Cujac. b. l. & lib. 7. observ. 26.

*Que vinum retinent, dices vinaria vasa,  
Talia sunt etiam bis usibus que quis habet.*

*Versus.*

## LEX CCVII.

Mercis appellatione homines non contineri Mela ait, & ob eam rem mangones, non mercatores sed venalitiarios appellari & recte.

Mercis appellatione homines non contineri) A mercibus, emendis & vendendis quæstus causa dicuntur Mercatores, sed hi qui homines vendunt, quoniam ii mercis nomine venire non possunt, Mercatores dici non merentur, sunt igitur mangones, quos inde dictos putat Alciat: quod homines agant in manu seu potestatem, vel venalitiarii, qui quæstus causa venalitiarum rerum negotiationem exercent & dicuntur Propolæ Annarii &c.

Mercatores cogi possunt, ut annonam à seemptam vendant Reipubl. Princeps precium annonæ etiam ipsis Mercatoribus tempore necessitatis recte constituit.

*Manganem dices homines qui vendit, at is est.  
Mercator, merces qui capit esse suas.*

*Versus.*

## LEX CCVIII.

*Adl. 208. vid. l. 24. & l. 49. bd.*

*XII*

*CCIX.*

## Lex CCIX.

Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eō fecisse, nisi is intelligat. Itaq; si furiosus aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse; scire autem, non etiam velle is debet; nam & invitō eō recte sit quod jussum est.

### Expositio.

Hic declaratur vis particulae coram, & dicit JC eus coram aliquo facere, esse coram præsente & intelligente quicquam perficere; unde est, quod coram infante, furioso, aut dormiente, nihil tūtē peragere possim, idq; quia non intelligit quid agatur.

### Leges.

Vide l. diem proferre §. 8 de recept. l. 25. §. 20. de acq. hered. l. ult. de pact. l. 20. §. 10. ne quid in loc. sacro.

### Ratio.

Verba enim sunt cum effectu accipiendā, ita ut vim suam cōtrineant.

### Restrictio.

Natura tamen vocis præsentiam solam desiderat si igitur testis, aliquid dicat coram me factū, etiam si ego non intellexerim, tamen in cononāmentitur Bart. l. 1. in fin. de Author. Tūt.

Coram te factū si præsens esse jubēris  
Ac intellectus cognitione frui.

Ad l. 210. & 211. vid. l. 166. l. 198.

Prævaricatores eos appellamus, qui causam adversariis suis donant, & ex parte auctoris in partem rei concedunt à varicando enim prævaricatores dicti.

### Expositio.

Prævaricatores dictos putat Ulpianus à varicando, Varicantur illi qui in transversum eunt, & describit Alciatus Varices, quod sint noxiæ venulæ in cruribus quæ propter atram bilentur, & ferro adustioneq; cūruntur.

### Expositio.

qui causam adversariis suis donant) qui collidit cum Reo, & translatitiē munere accusandi fungitur, eō quod probationes proprias dissimulet, falsas rei accusationes admittat, ut habetur l. 1. de pravar.

### Leges.

Advocatus qui visis alicujus juribus, parti adversæ accessit cum priori i recuncia esset prævaricator non est;

### Ratio.

CCXIII.

Cedere dictū significat incipere debere pecuniam; Vnire diem significat

Significat eum venisse, quod pecunia peti possit. Ubi, purè quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies, Ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit. Ubi sub conditione neq; cessit neq; venit dies, pendente adhuc conditione.

Hic explanatur differentia Obligationum, quæ purè, quæ in diem, quæ sub Conditione factæ sunt. In puris dies cessit & venit, h. e. & debere in cipio & solvere debere; statim enim conveniri possum, ut id præstem ad quod obligatus sum. In obligationibus conceptis in diem, ibi quidem cessit dies, hoc est, statim obligari incipio nondum tamen venit, nondum est efficiax, ita ut ex ea mihi competit actio. In conditionalibus, nec cessit dies nec venit, i. e. nec debere in cipio, nec solvere debere; quia supplementum Conditionis illius exspectandum est, quâ impletâ demum, & Obligatio & Actio nascitur.

In Conditionalibus stipulatiōnib[us] nec cessit dies nec venit.

Tunc cessisse diem dices, cum debitor esse.

Incipit, ast venit, postere quando posse.

Expositio.

Propositio.

Versus.

### §. I.

Æs alienum est quod nos aliis debemus, æs suum est, quod alii nobis debent.

Facilis est iensus hujus paragraphi qui explanat, quodnam sit æs alienum quod nostrum. Alienum dicit esse, quod nos aliis debemus, nostrum, quod alii nobis.

Pid. l. 29. qui actionem de Reg. Jur. l. 9. lib. l. 1. 59. eod.

Leges.

Qui erenim habet actionem ad rem recuperandam, rem ipsam habere videtur; alter ergo cui ego aliquid debeo habet actionem adversus me, ego adversus illum, qui mihi debet, ergo ille rem suam apud me ego apud ipsum habere dicimur.

Non verò atriis vocabulum pecunia saltē numerata competit, verum etiam aliquando omnibus facultatibus ut: cum dicimus: quicquid in ære nostro est Id suum esto, ibi omnes omnino facultates intelligimus; vido aliam b. l.

Æs alienum alteri legari potest.

Eros aliena vocant, quanos debere fatemur.

Quis debet aliis dicere nostra quo;

Propositio.

Versus.

### §. 2.

§. 2.

Vid. l. Contractus in trattatu nostro de Reg. Iur.

Lex CCXIV.

Vid. l. 18. l. 194. b. l.

LEX CCXV.

Potestatis verbo plura significantur. in persona Magistratum, imperium, in persona liberorum, patria potestas, in persona servi, dominium. At cum agimus de Noxæ ditione cum eo qui servum non defendit, præsentis corporis copiam, facultatem significamus. In Lege Attinia in potestatem Domini, rem furtivam venisse videri eis ejus vindicanda potestatem habuerit Sabinus & Cassius ajunt,

Expositio.

Hoc loco variæ significations potestatis proponuntur, & diversæ quidem, pro substratæ materiæ diversitate sunt. sic si potestatem dicis habere Magistratum intelligis Merum Imperium seu potestatem animadvertisendi in facinorosos, intelligis etiam Mixtum quod officio judicis expeditus

l. 3. de Jure d.

Si dicis patrem habere potestatem, intelligis eam quæ patria dicitur quæ, qualis sit tum in Tit. C. quam Inst. de patria potest disseritur.

Si dominum, illud jus intelligis quod Dominus habet in servos.

Significat etiam alicujus rei facultatem, ut aliquis potestatem inspicendi tangendiq; faciat.

Ultimò deniq; denotat facultatem recuperandæ possessionis omissam & condonatam.

Potestas etiam aliquando sumitur pro potentia, ut idem denotet potestate me habere, quam potentiam, cui opponitur Actus.

Alias Tutor quoq; in pupillum; Episcopus in Ecclesiæ fundos potestatem habet l. cum qui de jure d. pm. jud. Inst. de tut. in princ. c. 8. de Reb. Eccles.

Potestas patria Juris gentium est.

Et patri ac Domino superest sua cuig; potestas,

Hanc etiam Index Lege jubente tenet.

Lex. CCXVI.

Verum est, eum qui carcere clauditur, non videri, neq; vim  
etum

I No. 10.  
Versus

Etum neq; in vinculis esse, nisi corpori ejus vincula sint adhibita.  
Quidam & eorum in carcere dentinentur non vinciti, quidam vero vinciti *Expositio.*  
illi qui in carcere sunt, seu qui in custodia sunt, neq; in vinculis sunt, neq;  
vinciti ast alii variis modis vinciebantur. Instrumenta recenset Alciat, Com-  
pedes, pedicas, manicas catenas, Nervos, Bojas, & alia.

Non semper pro reo haberi potest qui ruptis vinculis ex carcere auffugit *Noctis opus.*

*Carcere qui clausus fera si modo vincula cessent* *Verius.*  
*In vinculis non est, nec Tibi vincularerit.*

## Lex CCXVII.

Inter illam conditionem; cum fari potuerit; & postquam fari  
potuerit; multum interest, nam posteriorem scripturam ubero-  
rem esse constat, at eum fari potuerit auctiorem, & id tantum mo-  
dot tempus significari, quo primum fari possit.

Differentia Conditionis duplicis, cum fari potuerit, & postquam fari *Expositio.*  
potuerit, hic explicatur, prior dicitur strictior, posterior amplior; prima  
statim adimpleatur, cum quis aliquid prosequi potest, posterior successivè  
fit. Oldradus equidem putavit potentiam per primam conditionem intel-  
ligi, adeoq; statim inpletò septennio eam quoq; completam censeri, idemq;  
confirmat Bart l. i. de injust. rupt. irrit. Ast quoniam hoc absurdū sequeretur,  
ut etiam permanente muto, illo, cui sub hoc conditione legatum datum,  
modo septennium impleverit, tamen sit ad Legatum admittendus, merito  
hæc opinio rejicitur.

Differentia inter sum & postquam quam ad fert Bart. l. si cui legetur §. 1. *Noctis opus.*  
de V.O. recte ab Alt. expluditur.

*Cum fari poteris si que Tibi danda requiris* *Verius.*  
*Est minus, at postquam plura tenere solet.*

### §. I.

Idem ita data Conditione, illud facito in diebus, si nihil præte-  
reà fuisse adjectum, in biduo conditionem inpleri oportet.

Hic dicitur quantum temporis spacium denotent verba in diebus face. *Expositio.*  
re, & respondetur si nihil aliud sit adjectum, rem illam biduo esse peragen-  
dam

*Vid. l. 12. de testib. l. 115. de V. Obl.*

*Legesi.*

*Quo.*

*Ratio.*

Quoties enim à re nulla mora est pluralis elocutio duorum numerò contenta est. Vid. l. 12. de testib.

*Restriccio.*

Aliter se res habet si per errorem numerus dictum omissus est. l. ita s. pul. de V. Oblig.

*Noētōμ.*

Idem obtinet in odiosis, ubi ejusmodi oratio nullius est Effectus Vid. Alciat. & Bart. hoc loco.

*Versus*

Si quis promiserit se aliquid daturum in arbitrio judicis consistit discernere, quā mente hujusmodi promissio facta sit aliter glosſ. l. Eum qui cal. de Verb. obl.

*Si quis incertis jubeat facienda diebus  
Hac binis credas perficienda tibi.*

## Lex CCXVIII.

*Expositio.*

Verbum facere omnem omnino faciendi causam denotat, dandi, solvendi, numerandi, judicandi, ambulandi.

Docet hic Vocabulum faciendi generale esse, & omnem omnino speciem facti sub se continere, unde differt à verbo dare ut genus & species.

*Leges.*

Vid. l. s. heres de Legat. i. l. sunt qui de Re jud. S. Cato. l. i. de his qui dejec. effud.

*Extensio.*

Aliquando etiam denotata ad furtum sollicitare, procreare, pari, diligere suspicionis causas &c. de quib. latè Alciat.

*Noētōμ.*

Qui curaturum se promisit ut Titius faciat non præcisè tenetur.

*Versus.*

Quis facturos dicunt, ea singula præstant,

Quae facti speciem jure jubente tenent.

Ad l. 219. vid. 34. de Reg. Jur.

Ad l. 120. vid. l. § 1. l. 56.

§. 1.

*Expositio.*

Sed & Papirius fronto &c.

Si quis leget prædium cum villico & contubernali, hoc est uxore, servis enim non nuptias sed contubernia contrahunt ejusq; filiis, non videtur solummodo intelligere filios, sed etiam nepotes, & omnes procreatios ex illa contubernali

*Leges.*

Vid. l. pen. C. Commun. utirusq; jud.

*Ratio.*

Quanquam eam, propriè filiorum appellatione nepotes & reliqui descendentes non veniant, quoniam tamen hic, dura aliqua separatio instauraretur, si credamus Testatorem voluisse à patribus suis separari filios, l. Uxorem & Concubin de Leg. 3. Ideoq; eos inclusiſſe putamus Vid. Goed.

§. 2.

*Qui natus genitor sua villica predia legat,  
Huic etiam dictus creditur esse nepos.*

*Versus.*

*§. 2.*

Præter hæc omnia &c.

Rationem aliquam dat, cur nomine filiorum, contra receptam ejus acceptio-  
nem, veniant nepotes, desuntam à naturali procreatione libero-  
rum, ut sine matrimonii, qui in eo non saltem consistit, ut filios, hoc est  
primi gradus liberos procreemus; sed ut & illi deinceps nomen nostrum  
perenne reddant, illos autem ideo vocamus filios, quia dulcius nomen  
inveniri nequit.

*Expositio.*

*Nulla potest nati vox dulcior esse parentis  
Quo magis hoc crescit, cresceret & ipse favor.*

*Versus.*

## Lex CCXXI.

Paulus respondet falsum Tutorem &c.

Solet prætor id per in integrum restitutionem corriger, quod falso Tu-  
tore auctore factum esset, oportet igitur ut sciamus quisnam sit falso Tu-  
tore; & dicitur hic falsum Tutorem eum appellari qui Tutor non est, sive,  
quia non datus est, sive, quia in utiliter datus est, hoc est ei qui jam Tuto-  
rem habet Vid. § interdum Inst. de Curat.

Declarat hoc ipsum exemplis Testamenti & Modii, Testamentum enim Exemplum.  
falsum est, quod non est, quod nullum effectum habet, quod in substantia-  
libus deficit, & cum de substantia modii sit æquitas, modius iniquus non  
erit Modius.

*Vid. l. quotiens quis satid. cog. l. non dubium C. de Leg.*

*Leges.*

Paria enim sunt non fieri & legitimè non fieri. Et actus nulliter gestus Ratio.  
nullum effectum parit.

Excusatio non est modus tollendi Tutelam.

*Πορσφ.*

*Tutorcs falsos, hos omnes jure vocabis,*

*Versus*

*Quæis illud nomen Civica jura negane.*

*Adl. 222. vid. l. 45. 6. b.t.*

## Lex CCXXIII.

Vinculum appellatione &c.

*Y*

*Hic*

*Exposit.*

Hic docet Vinculum nomen latius esse custodiā, & inde quod in vinculis esse generaliter dicatur, quicunq; vincitū est, sive publicē à Magistratu, sive privatim à Domino. Custo hæ verò vox pertinet ad jus publicum, ita ut nemo in custodia esse dici possit, nisi qui Magistratus nomine carceri publico mancipatus.

*Noēt̄μ.*

Carcere hodie in criminibus capitalibus, non pœna, sed custodia est.

*Versus.*

Vincula qui dicit privata aut publica dicit  
Custodes solos publicajura dabunt.

## Lex CCXXV.

Fugitivus est non is, &c.

*Expositio.*

Hoc loco dicit Iustus solam intentionem seu conatum fugiendi non sufficere, ut quis fugitivus dicatur, etiam si fugam le facturum jaſtaverit; cum verbajaſtatoria non obligent & nullius Effectus sint. l. fin. de hered. inst. Potest equidem aliquo modō, nač xp̄nsiōnēs, fugitivus, adulter &c. dici, qui si occasio obferatur, ejusmodi crimina commissurus sit; proprietatem, scil: ut puniatur quis, duo concurrere requirimus, aegaipeon & factum ipsum.

*Noēt̄μ.*

Siquis homine occiso, se illum occidisse gloriatus fuerit, si non alia ad-  
sint indicia, torquendus non est Vid. l. Capite de adult.

*Versus.*

Conatus servum fugitivum non facit ullum,  
Accedit factum, si fuga, taliserit.

## Lex CCXXVI.

Magna negligentia &c.

Ad l. 228. Vid. l. 53. b. t.

## Lex CCXXVII.

Municipes intelligendi sunt qui in eodem municipio nati.

*Expositio.*

Municipes dicuntur quod idem munus capiant, seu sint ejusdem mu-  
neris participes l. i. S. i. ad municipa, quod præstant non solum illi qui in  
Civitatem recepti, sed & qui nati.

*Versus.*

Municipem dices eadem qui munera captat,  
Civis & ejusdem qui valet esse loci.

## Lex CCXXIX.

Transacta finitave &c.

Trans-

Transactio, alia sit de lite quam veremur nobis intentandam, alia est Expositio.  
de ea quæ nobis jam intentata.

Videt l. de Transaction. cum aliis

Leges.

Inde etiam merito illa dicimus transacta, ob quæ, nisi transegissemus in Ratio.  
jus vocari poteramus quæq; nobis afferri poterant.

Lex CCXXX.

Ut sunt judicio &c.

Finiuntur lites transactione, finiuntur in judicio re judicata, finiuntur Expositio.  
præscriptione, quam per longum temporis silentium indicat, ut si quis injuri-  
am sibi illatam per annum retineat, vel intra quinquennium adulterii  
reum non accuset, lis censetur finita, etiam si nunquam intentata fuerit  
ob longum silentium.

De crimine publico transigere licet.

Quam judex finit, transactio dicitur illa

Propositio.

Quam quoq; privatus, temporis aut spatiu.

Versus.

Lex CCXXXI.

Quod dicimus eum, qui nasci speratur &c.

Eum qui nasci speratur) qui adhuc in utero est, ita tamen ut certa spes sit, Expositio.  
eum nasciturum, quam spem à conceptione ad decimum mensem extendit  
Alciat. h.t.

Pro superstite esse) habemus pro jam nato tune, cum de jure, commodo  
& utilitate ejus agitur.

Aliis autem non prodest) scilicet ut per ipsum acquirant, vel commodum  
qualecunq; sibi parent.

Vid. l. 69. §. 1. de Regul. Jur. l. 18. de Condict. Indeb. l. ult. C. de his qui in utero. Leges.  
liber L. qui filiabus de Legat. 1.

Ratio Legis est, quod cum demum is, qui in utero est, pro jam nato ha- Ratio.  
beatur, quoties de propria ejus utilitate queritur, an ipse sibi aliquid com-  
modi, quod editus frui possit, parare queat

Non igitur pertinet ad alias personas, ne quidem ad eas, quæ in vivis pro Restitutio.  
una judicantur, unde nec patria ad iustum liberorum consequendum pro-  
dest tertius, qui adhuc utero clausus

Falsum est Effatum: Lachaber ergo peperit.

Propositio.

Tunc natum dicas, mater quem gestat in alvo.

Versus.

Cum vitam clauso commoda ferre vides.

Y 2

Lex CCXXXII.

## LEX CCXXXII.

Hæc enunciatio, quæ fuit pluris Aureorum XXX, simul & quantitatis & æstimationis enunciativa est.

Lectio.

Alii profuit legunt sunt, sensus ferè idem est

Expositio.

Quæ fuit pluris) hæc verba indicant æstimationem, quæ excedit quantitatem, adeoq; indicat, rem excedere precium 30. aureorum.

Ratio:

Aureorum triginta ) In his verbis continetur quantitas, quam excedit valor rei æstimatæ, minoris siquidem non æstimatur, sed pluris.

No' ex op.

Ratio est in promptu & ex ipsis verbis colligitur, qui enim pluris aureorum triginta dicit, certè non triginta tantum istos pénit, sed etiam ulterius mentem suam extendit ratione æstimationis.

Versus.

Insinuatio donationis excedentis 500. solidos, non semper necessaria est.

Sit tibi res quanti, precium mihi denotat aptum,  
Addis si pluris, respicis æstimum.

## CC XXXIII.

Si calvitur & moretur & frustretur, inde Calumniatores dicti sunt, quia per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus, inde & Cavillatio dicta.

Lectio.

Pro Calvitur legit Alciatus calumnietur, retineri potest vulgata. Recte enim ipse Alciat. monet Cavillari & calumniari à calvire seu calvitio, quod apprehensuros frustratur, dici.

Expositio.

Si Calvitur) Verba hæc legis sunt, & significant morari, vel frustrari per fraudem litibus.

Leges.

Inde Cavillatio ) à frustratione & mora ista frustranea dicta.

Vid. l. qui crimen C. de accus. arg. l. i. C. ut intr. cert. temp.

Plura ad hanc legem diximus alibi

Versus.

Huic frontem signat famosa calumnia teclam  
Frustrandolites, qui trahit, arg. mora.

### §. I.

Post Calendas Januarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur.

Post Calendas Tertio die ) Kalendis Januarii ipsi Principes cum populo

Votum

votum & ipsius populigratia faciebant. Tertio, qui sequebatur die, populus pro principe vota suscipiebat.

*Prima Kalendarum Regi, sed tertia plebi  
Competit, bis etenim vota ferenda Diis.*

*Versus.*

§. 2.

Per se satis clarus est, teli siquidem significationem explicat JCtus. Quanquam enim vulgo telum id appelleatur, quod ab arcu mittitur h. l. tamen omne armorum genus denotat, quo quis hominis vitæ nocere potest.

Lex CCXXXIV.

*Explicata est in l. 118, supr. b. t.*

§. 1.

Locuples est, qui satis idoneè habet, pro magnitudine Rei, quam Actor restituendam petit.

*Locuples) Locupletes, inquit Alciatus, antiqui Locorum i.e. agrorum plenos appellabant.* Expositio.

*Qui satis idoneè habet) qui pro magnitudine Rei, quam Actor petit, satis habet, ad satisfaciendum ei, cui debet, ita tamen ne & ipse egeat, sed ad vitum pro conditione, necessaria retineat.*

*Vid. l. 2 ff. quis satis d. cogant. & in ea exemplum.*

*Leges.*

*Quando enim reus jubetur locupletem fidejussorem dare, sumendum Ratio. ex materia substrata h.e. ex magnitudine debiti quis locuples sit.*

*Videmus igitur Locupletem reverà in jure describi non posse, sed paucum per etiam respectu divitis si id natura rei, cui adhibetur, suadeat erit locuples, & vice versa.* Restitutio.

*Etiam hodiè fidejussor aliquando ante excussum debitorem principalem convenitur,* Noctis.

*Ille fidei usor locuples est, credita adactus*

*Versus*

*Qui principalis solvere ritè potest.*

Lex CCXXXV.

*Ad §. 2. vid. l. 43. sup. b. t.*

Ferri propriè dicimus, quæ quis suo corpore bajulat, portari ea, quæ quis jumento secum ducit, agi ea, quæ animalia sunt.

**Expositio.**

Tria verba hoc loco explicat, JCtus, ferre dicit aliquem, cum proprio corpore quid bajulat unde bajuli dictisunt. Portare cum ope jumenti secum quid dicit, Agi autem dicuntur animalia.

**Ratio.**

Ratio hic nulla expressè dari potest, nisi quod hæc sese ita habeant, si subtiliter loqui velimus & observare, quomodo hanc vel illam vocem acceperint JCti, quod omnino ignorandum non est l. 19. b.t.

**Restrictio.**

Apud Classicos tamen autores hæc voces confunduntur, imò & in usu iuris, unde rectè portare dicimus etiam eum, qui humeris suis apportat aliquid, & jumentum ferre non malè dicitur.

**Versus.**

Bajulae ille miser, pondus, qui corpore suffert,  
Jumenta portant, ast agimus pecudes.

§. I.

Planus est, & videri possunt ex parte ea quæ dicta ad l. 62. b.t.

**Lex CCXXXIV.**

Qui venenum dicit, adjicere debet, utrum bonum esset, an malum, nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur quod adhibitum, ejus naturam cui adhibitum est, mutat, cum id, quod nos venenum appellamus Græci Φάρμακον dicunt, apud illos quoq; tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine veniunt, unde adjectio ne alterius nominis distinctio fit, admonet & nos summus apud eos Poetarum, nam sic ait:

Φάρμακα πολλὰ μεν ἐθλὰ μεμιγένα, πολλὰ δὲ λύγεα.

Mixta venena quidem bona sunt, sed plurima prava.

**Expositio.**

Venenum est vocabulum quod Græci dicunt μέσον, eò quod ad bona & mala referri possit, ideoq; Epitheti cuiusdam adjectione, quod voce nominis hic indigitat JCtus, explicatur, quid qualeq; sit.

**Ratio.**

Rationem ipse JCtus habet, quia inquit contineri hoc nomine, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum mutat. Dicitur autem Venenum à Venis, quod citò per venas currat, & contenta in his mala vel ejiciat, si bonum, vel inducat, si malum.

**Restrictio.**

Hodie tamen quod notat Alciatus, & ex eo aliij, communis loquendi usum sumitur pro veneno malo.

Nox

Non tantum qui venena propinat, vendit, &c. Sed etiam, qui tractat, Noctis.  
puniendus est.

Prava venena dabit eremanda venefica, at aegris,  
Quae bona sunt Medicus, pharmaca ut apta feret.

Versus.

§. 1.

Glandis appellatione omnis fructus continetur ut Javolenus  
ait, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum  
species ἄνεγδην appellantur.

Expositio.

Explicatur h. l. quid veniat nomine Glandis in Edicto Prætoris de  
glande legenda, respondet Javolenus omnem fructum arborum contineri.  
Vid. l. 1. de gland. legend. l. fin. ad Leg. Aq. l. 9. ad Exhib.

Leges.

Rationem addit, quod in Græco etiam ἄνεγδην omnes arborum fru-  
ctus denotent, alia delumi potest à frugalitate veterum & glandis usu. Ve-  
teres enim, antequam Ceres glandem mutaret arista, glande sola vel ceban-  
tur, quæ instar omnium fructuum ipsis erat.

Ratio.

Propriè tamen glans solos quercus fructus denotat, & ἄνεγδην anno-  
tante Alciato, qui tamen dissentit. Græci dicuntur illi saltem fructus, qui  
lignosi exterius sunt, ut nuces, Castaneæ, pistacia malum Punicum, exterius  
autem putamina non habentes, ut poma &c. ὄπωρα vocantur.

Restriccio.

Neq; solum arborum fructus omnes generali glandis voce veniunt, ve-  
rum etiam agrorum l. fin. C. ad Leg. Aq. seu frumenta. Una siquidem ea-  
demq; ratio in pastu, quoad alios fructus obtinet in iis.

Extensio.

Omnia glans signat, quacunq; vel arbor habebit  
Fertilis, aut gremio terra fruenda dabit.

Versus.

## Lex CCXXXVII.

Duobus negativis verbis quasi permittit Lex, magis quam pro-  
hibuit, idq; etiam Servius animadvertis.

Lex facilis est, in culcate enim nobis Grammaticorum vulgatam Regu-  
sam, quod duæ negativæ apud Latinos affirmativum sermonem reddant.

Expositio.

Vid. L. 226. b. t. l. i. §. si quis ita de V. O.

Leges.

Quoties enim in una oratione bis repetitur particula negans, non potest  
non committi negativa cum negatione priori.

Ratio.

Aliter se res habet, si in diversa orationis parte negativa reperiatur, ut si  
dicam, non obligari quenquam, nec fidejussionem, duplex siquidem hic est  
oratio,

oratio, prior generalis, altera specialis. Aliter etiam in Græco idiomate ubi  
fortius negant duæ negativæ.

Versus.

Si bis, NON, dicas, fuerit Contextus & idem

Fortius affiras, quæmodo cung, refers.

Ad leg. 238. vid. §. Lex Inst. de Jure Nat. Gent. Civ.  
ad §. I.l. 39. §. detestari supr. h.t.

§. 2.

Pignus appellatum est à pugno, &c.

Exposit.

Cum propriè pignus, ut res mobilis, manu tradatur Creditori, videtur  
per allusionem quandam à pugno dictum, quemadmodum enim pugnum  
contractam manum dicimus, ita Creditor pignus arctissimè tenere solet,  
donec solvatur debitum principale.

Πόρισμ.

Versus.

A pugno pignus dictum est, nam mobile pignus,

Quodq; movere ne quis, sit hypotheca Tibi.

Ad §. 3. vid. leg. 200. h.t.

Ad leg. 239. vid. quæ dicta tit. Instit. quibus modis patr.  
potest. Solvitur

itemq; ad S.I.S. Servi autem Instit. de Jur. Pers.

Ad §. 2. vid. l. Manus supr, h.l.

Incola est &c.

§. 4.

Advena est, quem Græci ἄποινον appellant.

Expositio.

Ἄποινος est, qui sine domo est colonus, vel inquilinus oppidi, vel adven-  
titius agri, qui domicilium sibi aut sedem non constituit, quasi domo pro-  
fugus, quemadmodum supra Πάγοινος seu inquilinus appellabatur, qui  
proprium larem habet.

Πόρισμ.

Versus.

Qui uxorem in alienis ædibus occidit maritus, non facit id impune.

Qui proprios habet haut lares, is ἄποινος habetur

Qui tenet bos Dominus, jure Πάγοινος erit.

§. 5.

## §. 5.

Decuriones &c.

Hoc loco describitur derivatio Vociis Decurionum. Emanavit inquit *Expositio*. Alciat. nominis origo à Coloniis Populi Romani, in quibus, qui eas deducebant Trium Viri, decimum quenq; Concilii causa ascribebant, ex his Magistratus municipales eligebantur.

A numero primum decimo Decurio dicitur

*Versus*

Consiliis populi hos, adhibuere suis.

Ad §. 6. vid. l. 2. supr. b. t.

## §. 7.

Oppidum ab ope dicitur, quod ejus rci causa mænia sint constituta.

Oppidi varii varias habent significations, nonnulli ab opus, nonnulli *Expositio* ab oppositione murorum, noster textus ab ope derivat.

Vid. l. 4. §. pen. ff. de damn. infest.

*Leges.*

Quoniam opis causa oppida muniuntur, ut opponantur hostibus, igitur rectè à fine desumitur hæc denominatio.

Oppida nomen habent, ab opis deducta favore

*Versus.*

Hanc etenim pressis mænia facta ferunt.

## §. 8.

Territorium est &c.

Hac legе definit Ictus Territorium à terendo dictum, eò quod Magistratus jus habeat terrendi Universitatis subditos. Est autem territorium Universitas agrorum seu fundorum intra fines cuiusq; civitatis.

## §. 9.

Verbum suum ambiguum est &c.

Docet hoc loco, voculas istas, Meum, tuum, suum, dici etiam de re, quam *Expositio* quis cum aliquo communem habet

Vid. l. illud de Rit. Nupt. l. Communis de injus vocand. l. servi §. 1. d. leg. 1. *Leges.*

Propriè autem non nisi in individuis hoc procedit, alias quidomum suam dicit, de tota non parte intelligit.

Esse meum dico cuius pars unica nostra est,

*Versus.*

Quod totum ceneo, quis neget esse meum?

Z

Lex



## Lex CCXL.

*Cum quærebatur, an verbum soluto matrimonio dotem reddi &c.*  
**Expositio.** Hoc loco explicat JCtus, quomodo phasis soluto matrimonio dotem reddi, sit intelligenda, cumq; nonnulli arbitrarentur, mortem saltem attendi hoc casu, voluit JCtus qualitercunq; soluto matrimonio sive per mortem, sive per divortium dotem repeti posse à muliere.

**Leges.** *Vid. l.22. solut. matr. Nov. 22. c. 20.*

**Versus.** *Conjugio dixi dotem me forte soluto*

*Reddere velle, dabis, quomodo cunq; ruat,*

## LEX CCXLI.

**Expositio.** *In rutis cæsis ea sunt &c.*  
*In rutis cæsis) In erutis ex terra, ut sunt arenæ lapides, creta, & cæsis à terra, ut arbores, arundines, carbones.*

*Quæq; opere fructili) quæ opere structuli aut tectorio parietibus affixa non sunt. Ruta itaq; cæsa fundo vendito non pertinent ad emptorem, et si non expressè excipiuntur, juncta, verò & fixa, was Erd- und Nagelfest ist/ pertinent ad eum, nisi expressè quid excipiatur.*

**Leges.** *Vid l.17. §. si ruta & cæsa de Aet. Empt. l. granaria 18. §. ult. de Aet. Empt. l. 50. §. 2. ad Exhib. l. 66. in fin: de contrah. Empt.*

*Eruta ad Emptorem non spectant, sic quoq; cæsa  
Ædibus affixa, hac, vindicat ille sibi.*

## LEX CCXLII.

**Expositio.** *Malum navis esse partem, &c.*  
*Si alicui navis legetur, integra legata censebitur. Oportet igitur ut Iciamus, quæ ejus partes. Malus seu arbore omnino est pars, quia sine eo, naves non procedunt. Artemon autem seu Velum addititum, quo navis dirigitur saltem, aut instrumentum ad onera importanda & exportanda pars non est, quia & sine eo naves sunt.*

*§. 1.*

*Inter projectum & immissum hoc interest &c.*

*Queniam servitutes immittendi & projiciendi inter se differunt oportet ut & projectum ab immisso differat. Immisum igitur, ut locum habeat, in quo quiescat, requiritur, ut trabs tignum, Projectum quiescit non alibi, sed in loco ex quo projicitur.*

*§. 2.*

§. 2.

Plumbum, quod tegulis poneretur ædificii esse &c.

Qui ædes plumbo tectas vendidit, & plumbum vendidit, excepto eo  
quod hypæthro seu solario, in quo apricamur, affixum, cum ejus usus per-  
petuus nos sit, nec ad ædes spectet.

§. 3.

Viduam non solum eam, &c.

Vidua dicitur quasi dualia, i.e. divisa à marito; quoniam igitur non illa  
solum, cuius maritus mortuus est, sed & alia mulier libera, à marito divisa, Expositio.  
meritè vidua appellabitur.

Propriètamen ea, quæ in jure de vidua dicuntur ad talem pertinent; Restrictio,  
quæ maritum amisit.

Refertur etiam hæc vox ad eam, quæ maritum absentem aut inutilem Extensio.  
habet.

Hanc dices viduam, fuit hanc que juncta marito,

Amisum lugens, est etiam vidua.

§. 4.

Sfraturam loci alicujus ex tabulis factis &c.

Quæritur utrum illa structura, quæ pavimentum & ea, quibus incendi.  
mus instruuntur, ædium sint. Rx. quod sic.

Lex CCXLIII.

Scævola respondit, semper acceptum est, &c.

Testator legavit libertis alimenta, queritur an & iis, qui post conditum Expositio.  
testamentum manumissi legarit. Rx. quod sic.

Quia unum est testamentum, in quo præcedentes aptantur sequentibus. Ratio.

Nisi tamen is, à quo alimenta petuntur, contrariam voluntatem doce.  
requeat.

Et testamento scriptus libertus, & extra hoc

Post testamentum, iura relata tenet.

Restrictio.

Versus.

Adl. 244. vid. l. 131. §. 1. b. t.

Lex CCXLIV.

Statuæ affixaæ basibus &c.

Z. 2.

Quæc.



*Expositio.*

Quæritur an statuæ basibus affixæ sint pars ædium? Rz. quod non, ut nec tabulæ religatæ, aut affixæ, nec lichai.

*Ratio.*

Quia non pertinent ad essentiam, sed ornatus causa posita, aliter velamen, quo aditus ædium obtenditur, illud enim est perpetui usus.

*Versus.*

Quædecorant ædes, partem non posse vacari  
Disias, pars etenim perficit hanc decorat.

Adl. 246. T S. I.

Vid. l. plus est 22. h.t.

S. D. G.

---

Præstantissimo Domino Respondenti,  
amico ac Conterraneo suo suavissimo, de Ver-  
borum significatione differenti.

**A**BIRE BORNNSI Corculum Cliūs paras,  
Ast antequam lustres iter, doctā prius  
Exercitatione Linguae pulpitæ  
VVOLDERIANO UMBONE vis descendere.  
Gaudet Themis, Tu cuius pedisseq; va;  
Tuaq; Patri et uas ab Ingeni  
Dotes benigna pollicetur commoda  
Congratulor Concivis, ac his jambicis  
Iter Tibi faustissimum & brevissime  
Promotionis optimam messem precor,

Fridericus Wilhelmus Alberti,  
Gardelegiensis Marchius  
LL. Stud.







Königsberg. Diss., 16.10.70



3

f  
5b.

KD 17





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



43  
ATIO  
A,  
LUM  
RUM  
SIGNI-  
ONE,  
ANTE  
ACULTATIS  
Æ,  
Academ.  
MITTUNT  
S  
DERUS, U. J. D.  
RIUS ET SAMBIEN  
ASSESSOR.  
NS  
RNSIUS,  
ARGICUS.  
Anni 1666.  
C.  
TI,  
t. Brand. & Acad. Typogr.